Vir Praenobilissime et Excellentissime,
Domine ac Patrone maxime colende

Io. Christophorus Jacobi qui has perferet, semper id egit, quamdiu apud nos fuit, ut Professoribus et bonis omnibus quam maxime probaretur. Neque temere quisquam reperitur, qui fidem, industriam et officia diligentius tueatur, ubi semel aditum nactus est. Eum quem per me ad Te, Vir Excellentissime, patefieri cuperet: negare ei hoc quicquid est officii non potui. Dedi ei saepe cum scripta tum aeneis formis expressa testimonia, quae ubi legeris, fidem eis tribues quantam ipse voles. Nam intra brevissimum tempus tua tibi experientia eum commendabit ita, ut alieno non egeas testimonio. Vale rei litterariae, Academiae, tuis, mihi.
Praenobilissimae Excellentiae tuae

Serbilo
Coburgi a. d. VII Cal.
April. A. MDCCXXV

deditiss. cliens
Io. Conradus
Schwartz

A Monsieur,

Monsieur Stolle,

Profeſſeur Public Ordinaire

dans l'Academie d'Ïene trs

celebre

a Ïene

3241